



**CL. V. Ioannis Wamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorum Sive
Consiliorum De Iure Pontificio Tomus ...**

Wamesius, Johannes

[S.l.], 1643

De Fideiussoribus. Consilium CCCLX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98716)

sente, quæ obtinet non tantum in eo, qui simpliciter fideiussit, sed etiam in eo, qui fideiussit & promisit ut principalis; quia utrumque facit intercessorio nomine, Papien. in praxi tit. de forma libelli contra plures reos debendi in verb. beneficio novarum nu. 3. Guido vasa dec. 570. vers. sed quid si fideiussor. Et cum Reus principalis possit appellare à sententia contra fideiussorem suum lata, & de illius nullitate proponere, quia scilicet ipsius interest, ex eo, quod condemnatus fideiussor regressum habeat adversus ipsum, l. Ab executore §. alio, l. A sententia De appellat. utilis debet esse fideiussori prædicta appellatio ad consequendum effectum conclusionis, & petitionis per libellum appellatorium in hac causa propositæ.

De Fideiussoribus.

SUMMARIVM.

Fideiussor pro expensis an immobilia possidere debeat.

1. Satisfacere qui tenetur dando locupletem liberatur.
2. Locuples quis sit.
3. Fideiussor immobilia possidere non debet.
4. Satisfacens semel, iterum satisfacere an debeat.
5. Obligatio personalis personam sequitur.
6. Sententia adversus principalem lata adversus fideiussorem iudicati executioni mandari potest.
7. Satisfacere non tenetur immobilium possessor.

CONSILIVM CCCLIX.

FRIVOLA est, quæ non sine stomacho pro parte Philippi Quintæ Rei sustinetur altercatio; contra Michaelis Herlin Actorem, super idoneitate satisfactionis, quam Michael pro solis expensis, in quibus eo non obtinente victoriam in causa, condemnari posset, præstitit, dato fideiussore Clarissimo Domino ac M. Ioanne Vendevillio V. I. Doctore: ex eo capite, quod idem M. Ioannes bona Lovanij non possideat, & post datam cautionem ad Professionem in nova Universitate Duacensi assumptus, Lovanium reliquerit. Nam principio, qui satisfacere debet, satisfacit, si locupletem fideiussorem det, l. 2. in princ. D. Qui satisf. cog. l. 1. In isto vocati ut eant vel satisfaciant. Locuples autem censetur, qui id, de quo agitur,olvere potest, l. ult. §. ult. Si cert. per l. De 3. manumiss. l. Si quis locuples de manumiss. testam. Quæ autem ratione id accidat, nihil refert; sive ex bonis immobilibus; sive eo loco, quo lis agitur, sive alibi sitis, l. Si fideiussor §. si necessaria Qui satisf. cog. Nam quamvis ut is, qui satisfacere debet, à satisfactione excusetur, necessarium sit eum bona immobilia possidere, l. Sciendum Qui satisf. cog. nulla tamen lex requirit, quod fideiussor seu cautionarius, per quem satisfacitur, sit bonorum immobilium possessor. Sic quod satis in proposito sit, eum esse datum fideiussorem, qui evidenter solvendo sit, præsertim cum tantum hic agatur de cautione pro expensis judicialibus; quæ quod Reus Lovanij residet, ad magnam aliquam summam excrecere non possunt.

Pariformiter nec altera causa ad subvertendam hanc cautionem sufficit. Constat enim & publicè notum est, D. Ioannem Vendevillum

toto mense Augusto, usque ad ferias vindemiales Lovanij residisse, & jurisdictioni Magnifici Domini Reitoris subfuisse: ita quod idoneus omnino censeri debeat, etiam ex conveniendi facultate, d. l. 3. in princ. Nec ad rem pertinet, quod postea Lovanio abierit: nam id ad naturam cautionis alterandam nihil pertinet. Quemadmodum enim qui semel propter possessionem immobilium satisfaciendi necessitatem evaluit, postea venditis bonis immobilibus, si alioqui inops non sit, l. Si ab arbitrio Qui satisf. cog. satisfacere non cogitur; neque ei, qui semel satisfecit, prodest superveniens postea immobilium bonorum possessio; quia tempus cautionis inspicendum est, l. premit. §. possessor Qui satisf. cog. ita nec hic obesse debet Actori, quod fideiussor seu cautionarius postea alio commigret; præsertim quia personalis obligatio eum quocumque sequatur, l. 1. §. hæres perempto v. Ad §. C. Trebel. & in eum sententia adversus Actorem lata, sine alio iudicii conflictu executioni mandari possit, Barr. in l. 1. D. Ind. solui; non tantum per implorationem subsidij eius iudicis & superioris, sub quo tunc idem cautionarius erit, l. Cum unus §. pen. & ibi Gloss. & Doct. de bonis auct. iud. possid. verumetiam recta via, sua auctoritate; ob id, quod per cautionem se Magnifico Domino Reitori subiecerit, & mutando domicilium seu forum ejus jurisdictioni se non subtraxerit, l. Cum quadam puella De iurisd. em. iudic. Quæ facilius admittenda sunt, propter dotem vxoris dicti cautionarij, cuius respectu ipse in iudicio conveniretur satisfacere non deberet, tamquam immobilium possessor, d. l. Sciendum §. si fundus in dotem. Quod Dominis iudicibus, & omnibus in hac Universitate notissimum est; ut sine gravi iniuriâ de idoneitate dictæ satisfactionis hic disputari non possit, l. Si verb. §. qui pro re Qui satisf. cog. Quod Venerabiles Domini Iudices in consideratione habere debent: ut quem præsentem colimus, absentem mordere non videamur.

De Fideiussoribus.

SUMMARIVM.

Fideiussorem an liberet prorogatio termini per creditorem reo principali facta.

1. Fideiussor facta debitori principali prorogatione non liberatur.
2. Prorogatio duplex est, facienda solutionis & finienda obligationis.
3. Consuetudo inter mercatores, quod prorogatio facta reo infuso fideiussore eum liberet.
4. Consuetudo lege scripta potest esse.
5. Obligatio perpetua est & tempore non finitur.
6. Consuetudine mercatorum induci potest, ut prorogatio reo principali facta pro fideiussore.
7. Intellectus Carolina constitutionis de anno 1540.

CONSILIVM CCCLX.

COMMUNIS Doctorum resolutio, in c. Constitutus De fideiuss. Iason in l. 1. in fine c. De iudicis & in l. Lecta Si cer. per. & ibi Decius nu. 13. & Aleat. nu. 33. Felin. & Decius in c. Decausis nu. 3. & 7. & ibi Aug. Beronius De off. delegati, Nic. Boerius decis. 284. Archidiaconus in c. Equidem x. q. 1. Socin. cons. 21. Visi & diligenter vol. 2. Paulus

Paul. Parisius conf. 48. D. Petrus Hispanus vol. 1. Nie-
ron. Graus conf. 126. In hac causa Francini. 11. vol.

1. * decisione Rotæ Romanæ comprobata
Rota decis. 1. De deposito alias est 860. Penes Titum in
antiq. adversatur defensionem Matthæi Vellechier
Rei; qua adversus actionem Jacobi Minon ex
fidejussoriâ causâ agentem, contendit se libera-
tum ab obligatione fidejussoria; quâ ex sub-
scriptione obstrictus fuit pro Melchior Balde;
ex eo, quod obligationi principalis debitoris,
solutionis dies inserta per Jacobum, accepto
interfusio medij temporis, fuerit ad duo se-
mestria prolongata * Multis enim & elegan-
tibus rationibus deducit Iason, in d. l. 1. in
fine, prorogationem seu prolongationem termi-
ni, qui non finiendâ obligationis causâ, ut est
qui ad diem adicitur, l. Obligationum serè De
oblig. & act. sed faciendâ solutionis apponitur,
non tollere obligationem fideiussoris: quasi
nihil intersit, tacendo creditor patiatum lon-
gum tempus post præfixum solutioni terminum
lati; quo casu nemo dubitat fideiussorem adhuc
teneri, etiam si facultatibus labatur debitor
principalis; an expresse per pactum proroget.

3. Ceterum quia pro parte Matthæi allegatur
consuetudo inter mercatores obtinens, quod
prorogatio huiusmodi infcio vel invito fideiuf-
fore facta, vim novationis ac liberationis ha-
beat; rectè excipere dicendus est Matthæus:
consuetudo enim lege communi seu scripta potior
est, l. De quibus De legib. quoties rationabilis
& iusta est, l. 2. C. Quia sit longa consuet. pro-

4. ut hæc rationem habet. * Quasi scilicet tem-
poris ad faciendam solutionem adiectio, quam-
vis respectu debitoris principalis, ad finiendam
obligationem nihil faciat; quia causâ obliga-
tionis in eo perpetua est, & tempore non finitur,
d. l. Obligationum serè §. placet: respectu tamen
fideiussoris eò omnino tendat, quasi temporis
adiectio admonitionem iniiciat, ut tum reus
principalis excutiat, & cessante creditore
periculum futuri temporis ad eum pertineat;
quemadmodum ex novo iure, in Auth. De fidei-
uss. & mand. coll. 1. pertinere putant plerique, Gloss.
Bart. & Alber. in l. Si fideiussor creditori De fideiuss.
denuntiatione ex parte fideiussoris creditori, ut
debitorem, si adhuc solvendo est, excutiat, facta;

5. t ita ut cum pacto expresse, etiam secundum
terminos Iuris communis, conveniri possit, ut
fideiussor non teneatur, si ultra terminum præ-
scriptum ei prorogatio à creditore fiat, l. ult. &
ibi Bart. Bald. & alij C. De fideiuss. Preses in loco à
pacto ad legem, consuetudine quoque mercato-
rum id induci possit. * Cujus consuetudinis

6. usum non impedit constitutio Caroli Quinti Im-
peratoris peractorem replicando obiecta, de anno
1541. Octobr. ult. nam qui illa, cum sit specia-
lis, huc applicari possit non video: loquitur enim
de speciali casu quo debitor, in solum suum
creditori debitoris sui nomen dat; ut scilicet
debitor per acceptationem creditoris non libe-
retur, nisi ex nomine in solum dato, solu-
tionem verè consequatur; ad evitandas scilicet
fraudes eorum, qui nomina mala ignorantibus
id creditoribus in solum dant: quibus alio-

Conf. Wamef. Tom. II,

qui solum videri posset, propter acceptatio-
nem, quæ approbationem quandam continere
videtur: in nomine autem cesso aut vendito,
sufficit debitorem verè debere, etiam si solvendo
non sit, l. Si nomen de heret. vel act. vend. Qua-
re dictâ consuetudine attentâ, circumscriptâ
Doctorum ex rationibus Iuris communis reso-
lutione, existimo præfatum Matthæum rectè
excepisse; ideoque pecuniam, quam provisiona-
liter solvit, ei restituendam esse.

De Fideiussoribus.

S V M M A R I V M.

Fideiussori an proffit dilatio principali debitori
concessa.

1. Fideiussori non prodest dilatio debitori principali con-
cessa.
2. 4. Fideiussori quandoque prodest dilatio debitori con-
cessa.
3. Defensor necessarius ex suo iure potest suum prin-
cipalem iuvare. *
5. Dilationi à maiore parte creditorum concessa, reli-
qui creditores acquiescere debent.
6. Fideiussor etiam si ut principalis promiserit non amit-
tit exceptionem ordinis.

CONSILIVM CCCLXI.

Q V A M V I S primo aspectu videri posset,
quod exceptio moratoriæ præscriptio-
nis seu dilationis annalis, vel quinquen-
nalis non detur fideiussori, ex bene-
ficio dilationis per Reum principalem impe-
trato; quia eo fine accipiuntur fideiussores, ut
in casum insolventiæ, vel dilationis Rei prin-
cipalis promptè & expedite exactio fieri possit
in persona fideiussoris, l. Sententia c. De fideiuss.
† ideoque ex traditione Cyni doceat Baldus, I.
in l. Quoties nu. 5. C. De precib. Imp. offer. quod
beneficium dilationis principali Reo conces-
sum, non proffit ejus fideiussori; quod cer-
tius videri posset eo casu, quo quis intercedit
non solum tamquam fideiussor, verum etiam
ut reus principalis: * tamen admittunt om-
nes, Cynus, Bald. Salicet. in d. l. Quoties, quod
per obliquum saltem, commodum huiusmodi
dilationis proffit etiam fideiussori, & ei perinde
per illud ut Reo principali succurri possit; si
scilicet Reus creditoris petitioni se opponat, &
velut procurator in rem suam ex sua persona
defensionem fideiussoris suscipiat, & sic oppo-
nat dilationis beneficium: * ut generaliter ne-
cessarius defensor alterius, illum iuvare potest
ex proprio suo iure, l. Idemque §. generaliter D.
Mandati. † Quod alioqui Reo principali inuti-
le esset propter actionem, quæ fideiussori ac-
quireretur, simulatque per creditorem coactus
esset solvere, l. Sipro eâ & ibi Gloss. C. Mandati,
l. Lucius D. eod. Bald. in l. Tam mandatori C. De non
nam. pec.

Duplici itaque via in proposito casu succur-
ri potest Reo, & illius fideiussori; videlicet vel
per viam dictæ oppositionis, cum fideiussor
per creditorem conventus erit, vel per evoca-
tionem creditoris ad Cancellariam Brabantæ
tamquam